

Bibliothèque numérique

medic@

**Soupé, Edmond-François - candidat /
Chopart, François - président. - De
paraphimosi**

1782.

***Paris : Parisiis, Typis Michaelis
Lambert, Regii Chirurgiae
Collegii necnon Academiae
Typographi, viâ Cithareâ,
Cote : ms 2345, n°5***




COLLECTIO

THE SIUM

4





M^s 2345

(ancienne suite 492)

COLLECTIO

THESIIUM QUÆ REGIIS

IN CHIRURGORUM

SCHOLIS HABITÆ

FUERUNT AB ANNO

1781

USQUE AD ANNUM

1786

COLLECTIO

THESEON QVE REGE

IN CHIRURGICVM

SCHOLIS HABITA

EVEFUNT AB ANNO

1781

USQUE AD ANNUM

1782

DE PARAPHIMOSI

POSITIONES ANATOMICÆ

ET

CHIRURGICÆ

*Quas, DEO JUVANTE, & Præside M. FRANCISCO Juvelure ---
Dⁿⁱ CHOPART, Artium & Chirurgiæ Magistro, Scholarum
Professore Regio, & Academiæ Regiæ Chirurgiæ Consiliario,
tueri conabitur EDMUNDUS-FRANCISCUS SOUPÉ,
Tornodurensis, liberalium Artium Magister, Theseos Auctor.*

*Die Sabbati, 6 Aprilis, anno Salutis 1782, à sesqui-secundâ
post meridiem ad septimam.*

IN REGIIS CHIRURGORUM SCHOLIS,
PRO ACTU PUBLICO

ET

MAGISTERII LAUREA.



PARISIIS,

Typis MICHAELIS LAMBERT, Regii Chirurgiæ
Collegii necnon Academiæ Typographi, viâ Cithareâ.

M. DCC. LXXXII.

DE PARAPHIMOSI

POSITIONES ANATOMICA

ET

CHIRURGICA

Qua, Deo Iuvante, & Praefate M. FRANCISCO
64. CROCAT, Aulam & Chirurgia Magistro, Scholam
Professore Regio, & Academia Regia Chirurgia Constituta,
notionem ERMUNDUS-LEONARDUS SEUR,
Tutorumque, Libere Scholam Aulam Magister, Theses Aulam

Die Sabbati, 6 Aprilis, anno Salutaris 1782, in Sessione
post meridiana ad sequebantur.

IN REGIS CHIRURGICORUM SCHOLIS,
PRO ACTU PUBLICO

ET

MAGISTERII LAUREA



PARISIIS,

Typis MICHAELIS LAMBERT, Regii Chirurgiae
Collegii necnon Academiae Typographi, via Chabrol.

M DCC LXXII



D. O. M.

POSITIONES ANATOMICÆ

E T

CHIRURGICÆ.

DE PARAPHIMOSI.

I.

PRÆPUTIUM, balani tegumentum liberum, mobile, laxum, ad dilatationem & corrugationem promptum, vaginam efficit exteriori conflata laminâ, cuti penis continuâ, quæ foraminis modum exhibens quo glandi liberior pateat aditus, in seip-

A 2

4

sam ita reflectitur, ut interiori, tenuiori, lævique laminâ redeat in valleculam basi seu coronâ glandis hujusce circumscriptam. Quæ quidem ista lamina plures intus obteggit glandulas odoriferas, textumque cellularem, laxiorem quàm in pene, faciliè inturgescentem & numquam adipe repletum: eadem profectò cellulosis vinculis ad involucrum corporum cavernosorum adhæret; dein replicata in ejus posteriori & inferiori parte, inter colliculos balani sese immittens, iisque ferè ad ostium usque urethræ annexa, frænum præbet quo præputium coercetur ne longius retrahi queat.

I I.

Hoc porrò tegumentum in nonnullis apertè desideratur; aut si se prodit, perbreve, & successu temporis, cole sensim excrecente, ita quasi obliteratur ut, in recutitis verbi gratiâ, vix quidquam reperiatur præputii nomine dignum: in aliis contra, præsertim in pueris, mirum in modum protenditur, adeoque perlongum apparet ut balanus valde in absconso retineatur; in aliis verò breviori aut firmiori fræno adhæret & ægrè retrahitur, aut inter graviores doloris sensus caput penis in erectione distorquens, impotentiae causam explicat: denique glandem ita coercitam quandoque involvit ut denudari nequeat; aliquando retrò deducitur, & ut reducatur, ab amicâ & peritâ manu auxilium efflagitat. De hocce tantùm ultimo præputii vitio, quod *Paraphimosis* nuncupatur, differemus.

I I I.

PARAPHIMOSIS seu circumligatura ea est præputii retractio ultra balani coronam, tantaque coarctatio ut illud ad anteriora non possit reduci. Multa profectò hujusce ligaturæ repe-

riuntur discrimina : alia recens, alia diutius confirmata ; alia acuta , alia chronica & habitualis ; alia verò simplex & sibi commissa , alia , ut sæpius accidit , inflammatione , doloribus , febre , gangrænâ , & interdum venereâ lue stipata. Mentulati verò , neonupti vel libidinosi , quibus præputium longius angustiusque à naturâ datum est , Paraphimosi frequenter laborant : eodem tentantur vitio verpi & qui curtum nascendo præputium obrinuerunt , si fortè venerea ulcera posteriorem hujusce tegumenti partem obsident , unde magis decurratum retrò corrugatur , aut cum tumor præputii tumescentem balanum subsequitur , & impedit quominus jam inflatus magis ullo modo possit obvolvi.

I V.

Hujus nimirum morbi natura oculis digitisque facillè dignoscitur. Denudatus balanus à præputio ad glandis radicem retracto atque replicato constringitur : inde circulus sanguinis retardatur aut omnino inhibetur ; oritur inflammatio & invalescit , quâ partes magis ac magis intumescant ; dolores acuti arcessuntur ; urethrâ compressâ , mictio fit difficilis , laboriosa , & quasi ex stillicidio ; accenditur febris ; serum tenue , viscidum , putrescens è balani præputiique superficie exsudat ; in rugis annularibus frænove præputii oriuntur complures vesiculæ cristalloides quæ gangrænâ ingruentem prænunciant ; tandem sphacelus balanum corripit. At verò Paraphimosis nec periculum nec gravem molestiam importat , dummodo minori coarctatione partes afficiantur ; tum lamina præputii interior frænūve impactâ lymphâ turgent ; tumor vel mollis & quasi œdematodes , vel durus & skirrodes producitur , qui mitioribus comitatur symptomatibus & generationis operi tantum nocet.

Pro mali naturâ variisque hujus effectibus varia instituitur prognosis. Quò magis recens est & benignum, eò facilius profi-gatur; quò diutius inhæret inflammatione comitatum, eò certius periculum imminet ingruentis gangrænæ; ideòque vividiori conatu ablegandum: si malignum, seu venereis symptomatibus fœtum exurgit, tum gravius est & curatu perdifficilius.

V I.

PARAPHIMOSEOS curatio sic absolvitur: præputium retractum & glandem strangulans laxetur & reducatur. Quod quidem fa-cilè obtineri potest in recenti circumligaturâ, si colis in aquam frigidam demissus, inter utriusque manûs indicem & medium digitos subitò comprehendatur; & si balani latera per admotos pollices comprimantur & intus repellantur, dùm præputium aliis digitis gnaviter antrorsum adducitur, donec balanus longior inde factus, & exilior omninò contactus remaneat. Ea verò reductio difficilis evadit, cùm glans jam tumens inflamma-tione tenetur; imò etiam eadem sæpè alio non potest modo fieri, quin prius emollientes adhibeantur foris, balnea lactis oleive tepidi & quandoque venarum sectiones celebrentur; quæ dum peragitur, gravioribus & eheu! ineluctabilibus ægri sæpif-simè cruciantur doloribus: longè igitur satius esset, reductione semel infelicitè tentatâ, partem præputii nimis adstrictam scal-pello discindere; quo nova Paraphimosis aliundè averteretur. Hujusce autem operationis urgentem indicat necessitatem gra-vis inflammatio penis in gangrænâ mox abitura, & hic est modus operandi; plicæ corrugati præputii hinc & inde imprimis ad utrumque fræni latus & juxta balani coronam ubi fortiores insident, quàm celerrimè inciduntur perpendiculari & satis altâ

plagâ ut tegumentum illud solutum liberè ad extremam glandis ad-
ducatur: cavendum tamen est ne eâ sectione corporum cavernoso-
rum involucrum vel urethra lædantur. Quo facto, ritè fovean-
tur incisiones, eluantur atque detergantur injectionibus decocti
hordei cum melle rosaceo, donec ad exoptatam cicatricem
deveniant: expedit etiam, ut æger præputium circa glandem
extremam comprehensum urinâ irriget, illudque summâ curâ
ad balanum trahat, eoque retrahat, ne fortè partes sibi invi-
cem agglutinentur: id quoque non minoris momenti est, ut
penis semper fursùm & ad ventrem supinus leniter alligetur.
Si tandem quid sphacelo correptum reperiatur, cautâ manu
etiam scarificandum, tum ut ruga, si quæ est, abditè coarctans
laxetur, tum ut sanguis putridus effluat, & topica ad putre-
dinem coercendam opportuniore alius faciliùsque penetrare
queant. Deinde partis mortuæ secessio solis est naturæ viribus
committenda.



